

Sacramentaria hæresi latibulum præbeat. Articulo decimo octavo, error συμπερθεύς diversis in locis asseritur: Summa: tota Confessio posterior spuria illa & adulterina, verborum involucris & ambiguitate, rem obscurat, magis quàm explicat: humi reperit timidiuscula: Lutheri magisteriũ excutit: Rationis captui se accommodat: adversarijs palpum facit, & quorumvis fraternitati utramq; manum porrigit.

123. *Quibus ita se habentibus, satius profecto fuisset imò longè laudabilius factum, si virgulam censoriam in proprijs ac privatis scriptis, non verò in libello publico, Symbolico, & Ecclesiastico, & quidem privato ausu, emendãdo, sibi usurpasset Philippus: id quod tamen non odio Philippi, (nã labores ejus alioqui magnificimò:) sed veritatis amore à nobis affirmari, solenniter potest amur.*



CAPVT QVARTVM

De Autoritate Confessionis Augustanæ.

For. Conc. 124. *Quoad Autoritatem Confessionis Augustanæ & brevissimè & commodissimè nostrarum de ea Ecclesiarum sententiam, Formula Concordiæ expressit, scribens: Augustanam Confessio.*

Lat. 618.
pag.